



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio III. De modo vnionis ex parte personæ assumptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

videtur plane probabilis, & euadit omnes difficultates, quæ tam de B. Virgine, quam de Patri-
bus antiquis moueri solent.

Resp. tamen 2. neg. assump. quia satis constat quod meritum ex usu sacrorum Scripturum magis
videtur & propriè significet meritum saltem de
congruo, non est autem ita probabile quod tam
multi Patres passim citari soliti, illud nomen im-
propriè usurparint, præsertim quando tribuitur
personæ sanctæ, & sanctis eius operibus: tunc enim
nisi ex adiunctis aliud colligatur, sumendum in
propria significatione. Neque sententia Loræ fa-
uet S. Th. quia si prædicta responsio conferatur
cum fine corporis, latius patet quod verbis relatis
admisit in Virgine meritum congrui respectu
dignitatis Matris.

Dices: deo B. Virgini collata sunt immensa be-
neficia, quia electa erat in Matrem filij Dei; ergo
electio hæc secundum rationem præcessit omnia
eius merita, atque adeo non meruit esse Mater
Dei.

Aliqui concessio antecedente negant secundum
consequens. sed Resp. neg. anteced. & dico huiusmodi
beneficia illi esse collata ex simplici voluntate, qua
Deus voluit ei tantam dignitatem conferre, si ni-
mirum se disponeret ad tantam dignitatem, eam-
que mereretur. Non sunt ergo beneficia collata,
quia electa esset Mater Dei, sed ut esset Mater
Dei.

Dices: Christus constans hac numero humani-
tate est principium meritum B. Virginis, ergo si
iuxta dicta superiori dubio, antiqui Patres nõ me-
ruerunt de congruo mysteriũ Incarnationis quoad
substantiam, B. Virgo non meruit ut esset Mater
Christi. Conseq. prob. ex eo quod dignitas matris
supponatur merito Christi. Conf. Christus non
potest mereri nisi supponatur esse, nec potest eius
meritum præuideri, nisi supponatur existentia eius
secundum humanitatem, id autem non potuit præ-
uideri, nisi videretur influxus B. Virginis in hanc
humanitatem, atque adeo ille influxus prior est
Christo in facto esse, & eius meritis.

Resp. neg. conseq. eiusque probationem; opti-
mè enim potest intelligi quod Deus primò decre-
uerit substantiam Incarnationis, atque adeo Chri-
stum constare etiam hac numero materia & for-
ma, & hac humanitate, absque eo quod decreuerit
ut ad illam conueneret illa forma tanquam ma-
ter, vltimque influxum maternum præberet. In
quo priori Christus potuit videri mereri. Potest
ergo intelligi hanc numero humanitatem produ-
cti & Verbo vniri, & Christum mereri absque ra-
tione Matris, & ita illam non requiri per se ex par-
te principij meriti, atque adeo B. Virginem po-
tuisse promereri dignitatem Matris per opera fa-
cta in gratia. Ad confirmationem Resp. neg. mi-
norem propter rationes iam allatas.

DUBIVM VI.

*Utrum antiqui Patres fuerint prome-
riti aliquas circumstantias
huius mysterij?*

RESPONDEO conformiter ad præcedens
dubium promeritos de congruo. Abraham
enim promeritus est, ut Christus ex eius semine
nasceretur. Quod sumi potest ex Genes. 22. quia se-
cundum hanc rem, & non peperisti filio tuo vnigenito propter
me, benedicam tibi, &c. & benedicentur in semine tuo om-
nes gentes terre. Idem promeritus est Dauid. Proba-
bile etiam est varios promeritos fuisse huius my-
sterij accelerationem, ita ut præordinatâ substan-
tiâ Incarnationis varij sint promeriti ut hoc my-
sterium citius mandaretur executioni quam for-
tasse fuisset mandandum, si huiusmodi merita non
intercessissent. Hac ratione potest intelligi quod
habet Isaias cap. 16. *Emitte agnos domine dominato-
rem terræ. & cap. 45. Rorate celi desuper, & nubes pluant
iustum.* Quamuis enim hæc possint denotare solam
desiderij manifestationem; tamen non incongruè
possunt intelligi, ut significant etiam preces Isaiæ,
quibus petat huius mysterij accelerationem sup-
positâ fide ipsius aliquando futuri.

Dices: sancti Patres huius & similibus sententijs
videtur petiisse ipsam mysterij substantiam; igitur
si ex illis colligatur aliquod meritum respectu In-
carnationis, dicendum est esse quoad substantiam
mysterij, quod superiori dubio est negatum.

Resp. neg. assump. & dico quod certi de ipso
mysterio solum peterent aliquas eius circumstan-
tias, & executionem mysterij quoad illas.

ARTICVLVS XII.

*Utrum gratia vnionis fuerit Homini
Christo naturalis?*

RESPONDET 1. non fuisse naturalem quasi
profluxerit ex principijs naturæ humanæ,
quod patet ex articulo 10. & quia huiusmodi vnio
non profuit ex alijs naturis humanis, quas tamen
non est dicendum impediri ne eam producant.

Respondet 2. posse dici naturalem quatenus in
humana Christi natura causatur à diuina ipsius
natura: nam hac ratione profuit à principio in-
trinseco ipsius suppositi.

Respondet 3. tam gratiam vnionis quam habi-
tutalem, posse eo sensu dici naturalem quod vtra-
que ab initio conceptionis conuenerit Christo.

Notandum 1. gratiam vnionis posse etiam alio
modo dici Christo naturalem, quod scilicet tan-
quam vinculum naturæ humanæ cum persona di-
uina pertineat ad illius constitutionem, item quod
illa fuerit vera & realis vnio, & non phantastica;
fuerit etiam intrinseca, & non solum per affectum,
dignitatis communicationem. Videri possunt dic-
ta in fine art. 6.

Notandum 2. gratiam habitutalem posse etiam
alio modo dici naturalem, quod scilicet Christo
homini eiusque humanitati moraliter deberetur
tanquam consentaneæ naturis rerum moraliter
consequens vnionem humanitatis cum Verbo.

QUESTIO III.

*De modo vnionis ex parte per-
sonæ assumptis.*

ARTICVLVS I.

*Utrum persona diuina conueniat assu-
mere naturam creatam?*

R

ESPONDET affirmatiue. Quod est
de fide ut patet ex dictis quæst. præce-
denti. Ratio est quod persona diuina
sit principium effectuum actionis, sit
etiam

Isa. 16. &
45.

155.

Obiectio.

Resp.

156.

Varijs mo-
dis dici po-
test hæc
vnio natu-
ralis.

Gratia ha-
bitutalis etiã
alio modo
naturalis.

157.

1.

Verbum nō
recipit vl-
lam perfe-
ctionē ex
eo quod
natura hu-
mana illi
vniatur.
S. Tho.

2.

Persona est
cōmunica-
bilis pluri-
bus naturis,
sicut ē cōtra
naturā indi-
uiduā est
cōmunica-
bilis plu-
ribus per-
sonis.

etiam terminus ad quem terminatur natura humana, quæ vniatur Verbo.

Aduerte 1. per hoc non fieri diuinæ personæ accessionem, scilicet per quam perficiatur: neque enim Verbum vllam recipit perfectionē, eo quod natura humana ipsi vniatur, sed perficiatur sola natura humana: tota enim actio Incarnationis tendit ad perficiendam naturam humanam per illius inexistētiā in Verbo. Et hoc sensu videtur intelligendum quod ait S. Tho. ad 1. per assumptionem non fieri additionem diuinæ personæ, cum sit infinita.

Aduerte 2. ex responsione ad 2. quod licet persona sit incommunicabilis pluribus suppositis, & id sit de eius ratione, cum sit vltimus terminus substantialis rei, non sit tamen incommunicabilis pluribus naturis; quemadmodum ē contrario natura indiuidua est incommunicabilis pluribus naturis tanquam aliquid superius, potest tamen pluribus personis communicari, vt patet in natura diuina.

D V B I V M

Vtrum persona creata possit assumere alienam naturam, vel saltem eam terminare?

Assumere
plus dicit
quam ter-
minare.

3.

Natura in-
tegra sub-
stantialis ne-
quit natu-
raliter exi-
stere sine
propria
subsistentia.

Dico, *vel saltem terminare*, quia, vt patet ex dictis quæst. præcedenti, assumere plus dicit quam terminare, cum non solum dicat terminum cui res aliqua vniatur, sed etiam ipsum principium effectuum vnionis: nam assumere est aliquid ad se sumere.

Suppono 1. nullam personam creatam posse naturaliter vnire naturam alteri personæ vel supposito; quia natura integra substantialis non potest naturaliter existere sine propria subsistentia: igitur nullā virtute creatā potest naturaliter vniri alteri supposito. Antec. prob. subsistentia est vltimum substantiale complementum, quo res vltimo in suo genere completur. Vnumquodque autem naturaliter postulat illud complementum, nec potest vllis viribus naturæ illo destitui, vel impediendo ne illud fortiaur cum producit, vel in se iam producta destruendo. Conseq. verò prob. natura non potest vniri alteri supposito, nisi vel præueniatur eius subsistentia, producendo scilicet illam rem in alieno supposito, vel destruat propria subsistentia quam prius habuerat.

2. Nullum suppositum naturaliter postulat terminare plures naturas; igitur nulla est vis creatæ, quæ id possit naturaliter efficere, seu plures naturas in eodem supposito vnire.

Vnumquod-
que suppo-
situm po-
stulat vnam
naturam
terminare.

4.

Suppono 2. neque posse naturaliter terminare alienam naturam. Naturaliter enim vnaqueque persona, seu vnumquodque suppositum postulat vnam naturam terminare; ergo secundum naturalem rerum exigentiam non potest alienam terminare. Conf. in quocumque constituitur ratio subsistentiæ, si aliqua natura cōcipitur priuari propria subsistentia, alia supposita non propendunt, neque naturaliter exigunt vt huiusmodi natura ipsi vniatur.

2. Si suppositum posset naturaliter alienam naturam terminare, posset dari agens naturale, quod illam posset vnire, vt potest passivæ naturæ responderet actiua naturalis; id autem fieri non posse patet ex priori supposito.

Ex his conficitur nullam personam creatam posse naturaliter alienam naturam assumere, cum ex dictis pateat neque posse esse naturaliter principium talis vnionis, neque etiam eiusdem terminum etiam separatim; ergo multo minus potest illa coniunctim præstare: & in his conveniunt Doctores.

Queritur an id saltem supernaturaliter fieri possit: quia in re est sententiarum diuersitas.

Aliqui enim negant, quibus videtur favere S. Tho. in fine responsionis ad 2. dicens; *Hoc autem est proprium diuinæ personæ propter eius infinitatem, vt fiat Causa in ea consensus naturarum, non quidem accidentaliter, sed secundum subsistentiam.* Tene. Caiet. hic, Med. concl. 2. Dur. dist. 1. q. 5. Valq. disp. 25. cap. 1. & 2. Lorca disp. 23. & plures alij passim citati.

Alij affirmant. Pro qua sententia Gabriel dist. 1. q. 2. art. 3. dub. 5. refert Ochamum, & Scotus eadem dist. q. 4. in eam magis inclinat, tenentque varij citati à Suar. disp. 13. sect. 4. Becanus cap. 4. quæst. 5.

Alij censent nullam personam de facto creatam posse terminare alienam naturam, personam tamen creabilem id posse. Ita Valentia disp. 1. q. 3. puncto 6. §. in hac quæstione.

Notandum quæstionem posse intelligi vel de immediata terminatione ipsius personalitatis seu supposititalitatis, ita vt ipsa personalitas immediate terminet: quemadmodum dicitur quod Verbum terminet naturam humanam immediate per suam rationem relatiuam, & non per diuinam naturam: vel de mediata, ita vt ipsa natura immediate vniatur & terminet alteram naturam, & illā mediante terminet personam. Et quidem negantem partem sequentes de vtroque modo intelliguntur, affirmantes verò non ita distincte se explicant.

Resp. & dico 1. si non repugnet ex parte obiecti quò minus persona creata vniatur alteri naturæ mediatè vel immediate, videtur posse creaturæ supernaturaliter tanquam instrumentum ad illam vnionem concurrere. Ita varij, qui censent creaturam potuisse assumi vt instrumentum Incarnationis, vt Lorca disput. 18. num. 7. Suarez disput. 10. sect. 1. §. *quocirca loquendo de possibili.* Ratio est quod in eo nulla appareat repugnantia, & quod creatura sufficientem ad hoc habeat vim inchoatam.

Notandum verò quod creatura solum videatur posse assumi ratione sue naturæ, vt fortiaur huiusmodi denominationem instrumenti; non verò ratione personalitatis seu supposititalitatis. Et quidem si subsistentia sit solum modus, id patet, quia modis nulla actiuitas potest competere, (quod longè potiori ratione est dicendum, si consistat in negatione.) Idem verò est dicendum si distinguitur à natura. Quod patet à posteriori in diuina personalitate, quæ licet sit res in suo genere perfectissima, non tamen habet rationem principij actiui Incarnationis: ergo signum est non posse competere subsistentiæ vni actiui vniendi personam naturæ.

Dico 2. si subsistentia non consistat in negatione, non videtur repugnare quò minus ipsa possit immediate vniri alienæ naturæ, & alienam naturam terminare. Hanc conclusionem admittit Suarez sect. 4. citata §. *quocirca*, si personalitas creata realiter distinguitur à natura cuius est subsistentia; negat verò, si tantum sit modus naturæ superadditus. Sed ostenditur in genere, quia ad hoc vt subsistentia, quæ

fit modus

5. Nulla per-
sona creata
potest natu-
raliter alie-
nam natu-
ram assu-
mere.

Queritur
an super-
naturaliter.
Quidam
negant.
Medin.
Dur.
Vasq.
Lorca.
& alij.

Alij affirm.
Ocham.
Scot.
Becan. &c.

Quæstio
vanepotest
intelligi.

6.

7.

Sententiæ
Auctoris
pars prima.

Lorca.
Suar.
Prob.

8.

Creatura
videtur tan-
tum posse
assumi vt
instrumen-
tum, ratio-
ne sue na-
turæ, non
verò ratio-
ne persona-
litatis.

Sententiæ
Auctoris
pars secun-
da.

Suarez.

si modus, vniatur alteri naturæ, non est opus vt illi insit, eamque modifiet; sed potest vniri sese habendo per modum termini, & solum modifcando propriam naturam, quemadmodum diuina subsistentia de facto neque inest naturæ humane assumptæ, neque naturæ humane in illa subiectatur, sed per vnionem quæ est in naturæ humane Verbum illi vnitur, eamque terminat: ita ergo in præsentia dici potest illum modum, qui est subsistentia modifcare propriam naturam cuius est modus, eamque quodammodo inexistere, neque id posse præterire respectu alterius etiam de potentia absoluta; posse tamen alteram naturam modo explicato terminare.

Dices: modus non potest seorsim existere à re cuius est modus; cum nihil aliud sit, quam res sic affecta: igitur non potest aliam terminare.

Resp. neg. conseq. quia ad hoc vt terminet alienam naturam, non requiritur vt existat seorsim à re cuius est modus, vt patet ex dictis. Ex quo patet, quod non possit terminare alienam naturam existens sine propria, non oriri proximè ex eo, quod nullo modo possit terminare naturam alienam, sed ex eo quod ipse non possit existere seorsim à re cuius est subsistentia.

Dices: nihil potest figurari aliena figura, sedere aliena sessione, &c. ergo nec subsistere aliena subsistentia, si ea sit modus.

Resp. neg. conseq. quia vt figura & alia allata præsentent denominationem, necesse est vt insint rei quam denominant, eamque modifcent: id autem non requiritur vt subsistentia respectu alicuius obeat munus terminandi & sustentandi.

Obijcies 1. vt subsistentia terminet aliquas naturas, indiget aliqua perfectione & virtute; non habet autem virtutem naturalem ad terminandam aliam naturam: nec est capax illius virtutis, cum eius virtus nullo modo possit augeri etiam à Deo. Ita Dur.

Resp. non indigere noua virtute sibi intrinseca, sed sufficere virtutem extrinsecam agentis infiniti aliquid operantis supra naturalem exigentiam subsistentie creatæ. Quemadmodum vt res virtute supernaturali constituatur in duobus locis, vel vt res quanta constituatur in puncto, non indiget noua virtute sibi intrinsece superaddita, sed sufficit extrinseca virtus infinita Dei. Nam terminare, esse bis in loco, &c. non necessario procedunt actiue à re quæ dicitur terminare: vnde licet aliquid naturaliter solum postulet vnicam naturam terminare, potest absque illo superaddito plures supernaturaliter terminare, imò infinitas. Et id potest non solum persona creabilis, sed etiam de facto creatæ.

Obijcies 2. subsistentia & natura respondent sibi vt actus & id cuius est actus, seu vt terminus & terminatum, vniunturque substantialiter: ad quod necesse est vt cuique naturæ sua subsistentia respondeat, nec id potest per alienam præstari.

Resp. negando in ordine ad potentiam Dei absolutam, & loquendo de virtute supernaturali: id enim videmus fieri in ipso Incarnationis mysterio, in quo præter rerum exigentiam natura humana terminatur alienæ subsistentiæ.

Dico 3. probabile etiam est quod persona creatæ possit alienam naturam terminare & sustentare mediante propria natura, sic vt aliena natura vniatur immediatè naturæ, à cuius subsistentia mediatè terminetur & sustentetur.

Eam conclusionem tenere debent plerique, qui pro secunda sententia citari solent, cum plerique

eorum censeant subsistentiam creatam non superaddere modum vel realitatem vllam naturæ substantiali, inde enim apertè sequitur quod nihil possit illi immediatè vniri vnione propriè dicta, cum vnio realis requirat terminos positivos, vnde conficitur quod velint ipsam vnionem immediatè esse inter naturas.

Prob. 1. auctoritate Hieronymi præfatione in Malachiam referentis aliquos existimasse Malachiam fuisse angelum incarnatum nec tamen id resistentis vt impossibile. in 1. caput Aggai ad versum, & dixit Aggais, dicentis quosdam putare Ioannem Baptistam Malachiam & Aggæum fuisse angelos, & dispensatione Dei assumptisse humana corpora. Quæ licet quantum ad factum sint improbabilia, nec vllis solidis nitantur fundamentis, & Ecclesia solum agnoscat mysterium Incarnationis in persona Christi esse peractum, ostendunt tamen antiquos censuisse id non esse impossibile.

Prob. 2. accidens mediante natura sui subiecti sustentatur & terminatur ab eius personalitate & suppositualitate; ergo non videtur impossibile quod res aliqua creatæ terminetur & sustentetur à supposito creato mediante natura eiusdem suppositi. 2. formæ materiales saltem multorum sententiæ dicuntur subsistere subsistentia materiæ, mediante scilicet vnione sui cum eadem materiæ. 3. quantitas panis in Venerabili Eucharistia per se existens sustentat alia accidentia, quidni ergo diuina virtute possit vna natura aliam sustentare?

Dices ea quæ in argumento afferuntur vniri accidentaliter vel essentialiter; quod dici non posset de vnione duarum naturarum completarum.

Resp. id non obstat, quia argumentum solum intendit probare à simili, quod non repugnet vniri duas res diuina virtute, quantumuis non sint naturaliter ad se inuicem ordinate.

Ex dictis, sequitur 1. quod natura diuina possit immediatè terminare alienam naturam, ita vt vnio fiat immediatè in natura, non verò in personalitate.

Sequitur 2. quod persona creatæ possit diuina virtute alienam naturam assumere; quia vt ostendimus, potest esse terminus ad quem tendit vnio, & potest per modum instrumenti esse principium actuum eiusdem vnionis.

Potriò vt etiam ex supra dictis potest colligi, ad hoc vt natura creatæ possit alienam sustentare, non requiritur in ea perfectio infinita, quia id non competit ei naturaliter, sed proueniret ex diuina potentia alienam naturam alicui vniente, quod non arguit infinitam perfectionem in natura ad quam fit vnio, quemadmodum non arguit infinitam perfectionem in forma quæ secundum exigentiam postulat esse in vnico subiecto, si diuina virtute collocetur in pluribus. Item si quantitas quæ naturaliter postulat inesse subiecto, supernaturaliter ab eo separatur. Neque arguitur huiusmodi infinita perfectio quod naturas infinitas possit sustentare, quia id non competit ratione virtutis actiue ipsius naturæ sustentantis, sed ex virtute alterius valentis eam vnire infinitis, eam solum se habente per modum termini, & vt ita dicam, passiuè: quemadmodum non colligitur infinita perfectio materiæ ex eo quod possit infinitas formas recipere.

Dices: S. Thomas responsione ad 2. attribuit infinitati diuinæ persone, quod in ea fiat cōcursus natura-

minare alienam naturam mediante propria natura.

Prob. 1. ex Hieron.

12.

Prob. 2. ratione.

Accidens terminatur à personalitate subiecti, mediante eius natura &c.

Replica.

Resp.

Coroll.

13. Natura diuina possit immediatè per se terminare alienam naturam.

14.

Vt natura creatæ possit sustentare alienam naturam, non requiritur in ea perfectio infinita.

naturarum secundum subsistentiam: censet ergo requiri infinitam perfectionem ad hoc ut aliquid terminet alienam naturam.

Explicatur
S. Th.

Resp. neg. conseq. quando id quod terminat non praestat id propria virtute & sibi connaturali, sed virtute supernaturali alterius; & ad antecedens dico S. Thomam optime id docere secundum subiectam materiam: quia agens de diuina persona supponit eam propria virtute terminare duas naturas: quod sine dubio arguit infinitam quandam perfectionem.

Obiectio
contra ter-
tiam con-
clusionem.

Contra 3. conclusionem obijciunt: si plures naturae sibi inuicem possint vniri, inde resultabit aliquid compositum & aliquod vnum, non vnum per accidens ut suppono; non etiam substantiale, cum non sit vnio naturae cum subsistentia; ergo vnum essentiale, quod repugnat: repugnat enim ex duabus naturis completis componi vnam essentiam. Conf. tale compositum est ens; ergo vnum; omne autem vnum, est vnum essentiale, substantiale, vel accidentale.

Is.

Resp.

Resp. inde resultare compositum & vnum substantiale: natura enim carens propria subsistentia vnitur alteri ut subsistat per subsistentiam illius, atque adeo vnum substantiale resultet.

Contra.

Contra: Omnis compositio habet immediatum aliquem terminum, ergo haec compositio debet habere immediatum terminum, qui non potest esse alius quam compositum essentiale.

Resp.

Resp. etiam hanc compositionem habere terminum; nego tamen debere dici compositum essentiale, quia compositum essentiale dicit esse vnam essentiam, seu naturam ex duabus rebus constitutam, quod in casu hypothesis non fieret. Quamvis ergo esset compositum & compositio naturarum & essentiarum, atque adeo compositum ex duabus naturis, non tamen deberet dici compositum essentiale, quia, ut dictum est, compositum essentiale plus dicit, quam compositum ex duabus naturis; dici etiam posset compositum substantiale, quia illa vnio eo tendit, ut naturae in hypostasim conueniant, dum vna natura mediante altera sustentatur eiusdem subsistentia.

Duabus ob-
iectis incul-
satis.

Dices: tale compositum est omnino ignotum Philosophis.

Resp. id mirum non esse, cum haec compositio sit omnino supra naturam, & absque lumine fidei nequeat cognosci possibilis.

S. Tho.

Dices: si natura possit immediate aliam terminare, S. Th. supra q. 2. art. 1. insufficiens ostendit contra Eutychem, vnionem Verbi incarnati non esse factam in natura.

Resp. neg. assumptum, quia Eutyches non solum volebat vnionem factam in natura diuina & humana, quam in terminis inter quos vnio versatur, sed etiam factam in natura tanquam termino resultante, quod bene refutat D. Th. loco citato, & est plane impossibile, ut ibidem ostendimus.

ARTICVLVS II.

Verum diuina natura conueniat assumere?

16.

Secundario
conuenit
diuina natu-
ra assumere.

RESPONDET propriissime personae conuenire (scilicet filii), qui reipsa naturam humanam assumpsit secundario tamen etiam naturae. Quia natura est principium quo effectuum vnionis, & ratione personae in qua consideratur; po-

test dici secundario terminus ad quem fit vnio.

D V B I V M

Verum Verbum terminet naturam humanam ratione alicuius absoluti, an solum ratione relativa proprietatis?

SUPPONO, ex dictis solum filium seu Verbum assumpsisse naturam humanam & eam terminasse; quod est de fide, ut patet ex varijs concilijs, quae hinc inde in superioribus citauimus. Videri potest Lateranense sub Innocentio 3. & refertur cap. firmiter de summa Trinitate, & Conc. Toletanum 6. & 11. in confessione fidei.

Suppono 2. ex dictis diuinam naturam vnitam esse humanae saltem mediate. Patet ex eo quod Christus sit verus Deus & verus homo, & quod iuxta varios Patres natura diuina dicatur incarnata. Videri potest articulus 4. questionis praecedentis.

In praesenti dubio quaeritur quid sit filio ratio formalis terminandi, seu id quo persona Verbi terminat & sustentat humanam naturam.

Durandus in 3. dist. 1. quaest. 2. docet vnioni naturae humanae cum persona diuina praexigi vnionem eiusdem naturae humanae cum diuina essentia: ad vnionem tamen personalem requiri vterius vnionem cum his, quae sunt propria personae; ex quo deducit primariam vnionem esse in natura diuina, ita ut natura diuina, seu aliquid commune, sit prima ratio terminandi humanam naturam, ratio tamen secundaria sit personalitas, scilicet filij. Idem docet dist. 5. q. 1.

Ab hac sententia quoad aliquid non differunt, qui censent naturam humanam vniri in Verbo non habere existentiam creatam, sed existere existentia increata Verbi. Cum enim illa existentia sit essentialis & communis tribus personis, ratio terminandi naturam humanam est aliquid commune, licet non terminetur solum illo communi, sed terminetur etiam aliquo proprio filij, scilicet eius personalitate, & quidem prius secundum rationem sit terminatio ad personalitatem, quia per eam suppletur subsistentia naturae humanae: putant autem rem prius subsistere quam existere. Porro cum primaria ratio assumendi naturam humanam sit ratio relativa, sequitur non omnes personas diuinas eam assumpsisse.

Alij sentiunt rationem terminandi naturam humanam esse subsistentiam communem, prout modificatam proprietate relatiua, sicut diuina essentia est principium generationis filij modificata & determinata per personalitatem Patris.

Alij denique censent non esse constituendam rationem aliquam relatiuam vel absolutam, quae sit ratio terminandi, sed Verbum secundum se totum, seu secundum totum id quod includit, terminare vnionem humanitatis. Auctores istarum explicationum videri possunt apud Suarezem disp. 12. lect. 2. Vasq. disp. 26. cap. 2.

Ex quo patet omnes has explicationes aliquo modo conuenire cum Durando, & reipsa concedere Verbum terminare naturam humanam etiam per aliquid absolutum & commune tribus personis. Quia tamen est de fide solum Filium per Incarnationem assumpsisse naturam humanam, singula aliquid addunt quo sibi videantur sufficienter docere alias personas non esse incarnatas.

Longe

17.

Solus filius
assumpsit na-
turam hu-
manam.

Later.
Tolet. 6.
Natura di-
uina vnita
est humane
mediate.

Sesús que-
stionis.

Referuntur
sententiae.
Durand.
vult prima-
riam vnio-
nem esse in
natura di-
uina.

Variæ alio-
rum expli-
cationes.

Longè communior Theologorum sententia tenet rationem terminandi naturam humanam esse aliquod relatiuum, ipsam scilicet personalitatem; ita ut diuina natura nec ratione sui, nec ratione existentie, nec ratione subsistentie communis (si quæ talis est in Deo) vilo modo sit ratio terminandi, quamuis re ipsa mediata vnatur naturæ humanæ. Quæ sententia non solum est verior, sed vt aliqui aduertunt non videtur posse absque aliqua nota negari.

Prob. ex Conc. Toletano 6. in confessione fidei, vbi dicitur: *cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepit hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis; solus tamen Filius suscepit humanitatem in singularitate personæ, non in unitate diuine nature, id est, in eo quod proprium Filij est, non quod commune est Trinitati.* Eadem penè reperiuntur in Conc. Toletano 11. in confessione fidei.

Ex quo refellitur sententia Durandi, & explanationes supra posite; cum dicitur Filius Dei non suscepisse humanitatem in vnitate diuine naturæ, sequitur 1. humanitatem non fuisse vnitam immediate diuine naturæ. 2. neque vnitam immediate diuine subsistentiæ communis, quia vel hinc habetur talem subsistentiam non dari, vel certe in eo decreto comprehendi sub natura diuina, cum ab alijs qui talem ponunt constituitur intrinsicè pertinet ad naturam diuinam prout illa præscindit à personis; neque vnitam seu existere existentiam absolutam, cum etiam illa sit de essentia naturæ diuine, & quod illi vnitur dici debeat vniri naturæ diuine. 4. neque vnitam subsistentiæ modificatæ proprietate personali: quia licet illa proprietates requireretur vt conditio sine qua non, absolute tamen vniretur diuine subsistentiæ, neque posset negari à Concilio Filium suscepisse humanitatem in vnitate diuine naturæ. Quemadmodum licet diuina natura requirat relationem paternitatis vt possit dici generare vt principium quo, non potest tamen dici, essentia diuina non generat vt principium quo, sed simpliciter dici potest & debet diuina essentia generat vt principium quo, seu est principium quo generationis.

Confirmantur hæc omnia: Concilium opponit id quod est suscipere in singularitate personæ ei, quod est suscipere in vnitate diuine naturæ, vnde censet rationem susceptionis ita esse id quo persona est singularis, & ab alijs distincta, vt nullo modo sit id quod ad unitatem naturæ pertinet. Quod expressius declaratur ab eodem Concilio dicente, *id est in eo, quod proprium Filij est, non quod commune est Trinitati*, vbi expressè decernitur nihil quod conuenit toti Trinitati esse rationem terminandi humanitatem, & proinde nihil quod pertinet ad essentiam vt præscindit à personis.

Prob. 2. ex Augult. sermone Dominicæ 3. Adventus, non longè à principio, sic *Filius suscepit carnem & non deseruit Patrem, nec se diuisit à Patre: suscepit inquam carnem in proprietate &c.* & infra. *In carne sola Filij proprietates.* Igitur natura diuina non est ratio terminandi ipsam vnionem Verbi cum humanitate, nec similiter quidquam quod conueniat naturæ diuine, vt priori personis. Certè licet Concilia & Patres non ita negatiue loquerentur, dum tamen in re tanti momenti aliquid de vno asserere illud aliud esse rationem terminandi, cum tradant doctrinam spectantem ad hoc mysterium.

Dices aliqui asserunt naturam diuinam sibi vnisse humanam.

Resp. id asserere quia vnuit personæ, in qua est ipsamet natura diuina, & proinde saltem mediata sibi vnuit. non tamen volunt illa loquendi formulâ quod natura diuina, vel quidquam intrinsecè illam constituens sit ratio terminandi naturam humanam.

Prob. 3. ratione. si natura diuina est ratio terminandi naturam humanam, ita vt primariò & immediatè natura humana sit illi vnita, igitur id quod commune est tribus personis ratione sui terminauit naturam humanam, & proinde tres personæ terminarunt & assumpserunt naturam humanam, & sunt incarnatæ; quod est contra fidem, & meritò refugit Durandus distinct. 5. loco citato in fine questionis. Consequentie posteriores probantur; quod coquenit deitati seu huic Deo, vt est communis tribus personis, conuenit singulis personis: igitur si naturæ diuine communis tribus personis conuenit terminare naturam humanam, omnibus personis conueniet eam terminare.

Dices ad hoc vt persona diuina dicatur incarnata, non sufficere vt natura diuina terminet humanam, sed requiri vnionem quandam vltiorem in personalitate Verbi.

Resp. negando assumptum si intelligatur de vnione immediata, & tanquam in termino formali. Nam quæ vnuntur naturæ, tribuuntur suppositis; v.g. homo dicitur albus, &c. licet albo, &c. non vniantur immediatè personalitati, sed materiæ vel formæ; ergo etiam Pater posset dici homo, quamuis humanitas non vniretur immediatè eius personalitati, sed naturæ diuine quæ in illo est.

Conf. si natura diuina ita vniretur humanitati, vt nulla personalitas diuina illi vniretur, vel dicendum esset nullam personam incarnari, vel omnes, cum non esset potior ratio cur vna vniretur quàm alia: prius non esset dicendum, cum hoc compositum in re ipsa deberet esse vltimò terminatum, & proinde persona & suppositum non solum diuine naturæ sed & humanæ. Quamuis ergo iuxta Durandum illi vnioni superaddatur vnio in personalitate Verbi, non obstat quò minus ratione illius præcisè omnes personæ dici debeant incarnatæ; & id quod asserit de alia illa vnione personali, solum ostendit Filium pluribus titulis dicendum incarnatum, non verò ceteras personas non posse dici incarnatas propter priorem illam vnionem.

Dices hypothèsim esse impossibilem.

Resp. 1. Durandum non faciliè id posse ostendere; non enim ostendi potest cur ista duo ita debeant coniungi, vt non possit esse immediata vnio in essentia non existentè vnione immediata cum personalitate, nisi fortè dicatur eo casu hunc hominem non futurum personam, sed hoc est ipsum, vt iam ostendimus.

Resp. 2. licet hypothèsis esset impossibilis, posse tamen ex ea discuti vt videamus quid iam solidè dici debeat iuxta Durandi principia.

Dices principium quo generationis non competit omnibus personis, quamuis sit essentia diuina, quia scilicet ipsa essentia non sortitur rationem talis principij, nisi vt modificata personalitate Patris; ergo similiter dici potest naturam diuinam esse quidem rationem terminandi, sed modificatam personalitate Filij. & ita licet ipsa immediatè vnatur non vniri in omnibus personis, neque omnes personas incarnari.

23.

Prob. 3. ratione.

Ex opinione Durandi sequitur omnes personas esse incarnatas.

Adferunt instantia.

Satisfit.

24.

Confirm.

Replica. Soluitur dupliciter.

Replica altera.

E

Resp.

Resp.

Resp. Negando conseq. & dico hæc voluntariè fingi in re tanti momenti sine vrgenti ratione & contra aperta verba Concilij Toletani supra relata.

Confirm.

Conf. si natura diuina possit terminare alienam naturam, non indiget modificatione, igitur frustra de facto ponitur huiusmodi modificatio. Alia est ratio potentie generatiue in Deo; illa enim est potentia notionalis, & ad actum notionalis, per quem persona necessariò producitur; vnde quamuis competat diuinæ naturæ, requirit tamen tanquam conditionem esse in persona quæ sit prior origine, & ita diuina natura sortitur in solo Patre rationem principij quo generationis diuinæ. Mysterium Incarnationis nihil simile existit, cum sit opus ad extra, supponens omnia in diuinis constituta quoad intrinseca; igitur si vnio fiat in essentia, nullo modo requirit eam modificationem, & proinde dicendum erit ea mediante omnes personas vniti.

26. Prob. 4.

Prob. 4. per mysterium Incarnationis effectum est, vt Deus & homo in eandem personam conuenirent, seu vt eadem persona esset Deus-homo; vt constat ex dictis supra quest. 2. art. 2. & patet ex Concilijs; ergo nisi grauis aliqua ratio vigeat, non debemus assignare aliam rationem terminandi præter eam quæ præcisè est necessaria & sufficit vt Deus-homo sit vna persona. Ad id autem abunde sufficit personalitas; igitur non debemus asserere diuinam naturam esse rationem terminandi naturam humanam in mysterio Incarnationis, præsertim cum Concilia vt minimum indicent personalitatem esse huiusmodi rationem.

Obiectio contra conclusionem. Dices: personalitas & diuina essentia non distinguuntur à parte rei; igitur si vnum terminatur etiam aliud terminabit.

Resp.

Resp. neg. conseq. quia vt relatio dici possit terminare inmediate, & non natura diuina, sufficit inter illa distinctio rationis ratiocinata, quæ sufficit vt res aliqua varias denominationes fortiri possit; vnā propter aliquam rationem sibi competentem; aliam verb propter aliam rationem, vt constat ex materia de Trinitate; essentia est communis tribus personis, non tamen relatio illi identificata; Filius generatur, non essentia; Filius producitur per intellectum, non per voluntatem; cum tamen hæc idem sit cum intellectu. Vnde in præsentī relatio Filij potest esse ratio terminandi naturam humanam, licet id non competat diuinæ essentia.

27.

Corollar. Ex his patet id quo Christus-homo est persona esse relationem, & per consequens in illo homine rationem personæ esse alterius conditionis quam in alijs hominibus, non tamen rationem hominis, ea enim assumitur à natura humana quæ in illo homine est eiusdem speciei cum naturis aliorum hominum.

ARTICVLVS III.

Vtrum abstracta personalitate per intellectum natura possit assumere?

28.

THOMAS videtur affirmare; si tamen solutiones primi & secundi argumenti bene considerentur, solum vult quod si consideremus naturam vt considerant Iudei, non concipiendo tres relationes, nihilominus adhuc concipiatur potens

assumere, quia nihilominus conciperetur tanquam persona. Vnde S. Th. hoc loco non fauet sententiæ quæ astruit communem subsistentiam seu absolutam.

Quod si ea detur in Deo (de quo propriè agendum est in materia de Trinitate) videtur posse inmediate terminare naturam creatam, quia in ratione terminandi non debet censeri minus perfecta quam relatiua.

2. Illa subsistentia ex hypothesi potest efficere vt natura diuina subsistat, quidni vt subsistat natura creata?

Porrò eo casu non esset necesse naturam humanam personis inmediate vniri; sed quemadmodum de facto vnica vnio humanæ naturæ inmediate cum personalitate Verbi sufficit, vt diuina natura dicatur vnita humanitati: ita illo casu vnio inmediate cum subsistentia communi sufficeret vt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus essent vnici naturæ humanæ, & vt singula persone dicerentur homo. Quamuis enim per hanc vnionem non tribueretur inmediate esse personale, mediatè tamen tribueretur: cum per hanc vnionem omnes personæ diuinæ subsisterent in natura humana, & humanitas careret propria personalitate mediatè terminaretur personalitate aliena. Videri possunt dicta in dubio art. 1. & sequitur ex varijs sententijs, quas reculimus in dubio art. 2. de ratione terminandi in Incarnatione prout reipsa peracta est.

ARTICVLVS IV.

Vtrum vna persona possit sine alia naturam creatam assumere?

AFFIRMAT. Quod est de fide, ex eo quod constat solum Filium in Incarnatione assumpsisse naturam humanam. Videri potest Conc. Lateranense sub Innocentio 3. & refertur capitulo, *firmiter* de summa Trinitate, & Conc. Toletanum 6. & 11. in confessione fidei. Ratio est aliquoties assignata, quod videlicet quamuis Incarnatio à tota Trinitate sit effecta, terminus tamen sustentans naturam humanam sit solus Filius. Quæ res explicata est art. 2.

ARTICVLVS V.

Vtrum qualibet persona diuina potuerit humanam naturam assumere?

AFFIRMAT. Patet ex eo quod in singulis personis sit æqualis potentia, & consimilis ratio terminandi; ergo si vna persona possit assumere, possunt etiam alia.

ARTICVLVS VI.

Vtrum plures persona diuinæ possint assumere vnā numero naturam?

AFFIRMAT. Et quidem quod id fieri possit successiuè, nullo modo potest dubitari; si enim Filius desineret terminare naturam humanam, Pater non minùs posset eam assumere quam si nunquam fuisset assumpta. Neque enim natura reddita est incapax de nouo assumi quod prius fuerit assumpta, neque minor est in Patre vis actiua & vis terminandi quam ante.

Verum

Verum S. Th. non solum de illo modo intelligitur; sed vult quod etiam simul plures personae possint assumere: ita ut simul una eademque natura humana terminetur personae Spiritus Sancti. Hoc autem casu esset unus homo, ut docet responsio ad 1. de quo infra. Item eo casu esset communicatio idiomatum inter hunc hominem & singulas personas, non tamen inter personas quoad personalia, cum una persona non supponeret pro alia, ut docet responsio ad 3. de quo infra. De ipsa conclusione est difficultas. Itaque

D V B I V M

Utrum plures personae possint eandem numero naturam simul immediate assumere?

Dico immediate, quia si natura diuina possit immediate terminare naturam humanam, dubium non est quin plures personae diuinae possint eandem saltem mediate terminare. Quaestio est num id possint immediate, ita ut singulae sint ratio terminandi. Quae in re duplex est sententia.

Prior negat; quare tenet Scotus distinct. 1. q. 2. §. ad quaestionem igitur. Rich. eadem distinct. art. 1. q. 4. & quidam alij, eamque probabilem censet Lorca disp. 23. num. 6. Posterior asserit: ita S. Th. hic, & communiter eius discipuli. Durand. distinct. 1. q. 3. Gabriel eadem distinct. q. 1. art. 3. dub. 3. & plures alij.

Hae sententia videtur omnino verior. Prob. in singulis personis est consimilis vis terminandi, nec potest facile ostendi quod una persona assumens obstat quod minus alia possit assumere; in natura autem assumptibili est capacitas obedientialis, ut à pluribus possit assumi; ergo. Minor prob. non est illa implicancia quod natura unita uni personae, eique inexistens, secundo inexistat alicui alteri; nam illi duo modi existendi inter se non repugnant.

Dices: esse repugnantiam, quia data hypothese, una eademque natura haberet duos terminos adequatos, quod omnino repugnat.

Conf. natura terminata propria subsistentia non potest recipere alienam; quia per propriam subsistentiam adequatè terminatur. Igitur repugnat naturam habere duos terminos adequatos.

Resp. negando id repugnare, cum etiam naturaliter conveniat naturae diuinae, quae subsistit tribus subsistentiis relatiuis, ita ut ratione singularum sit per se & ultimo terminata. Quod conuenit naturaliter diuinae naturae, non videtur illo modo repugnare quod minus possit supernaturaliter tribui naturae creatae.

Dices: natura diuina ex infinita sua perfectione id postulare; ergo ex eo quod illi conuenit non aptè deducitur posse tribui naturae creatae & finitae.

Resp. non deduci, positum ostendendo & à priori id posse tribui; sed solum à posteriori, scilicet ex eo quod natura diuina terminetur tribus subsistentiis, deduci non repugnare naturam pluribus terminari; & proinde cum non appareat repugnantia ob quam natura creatae id

non possit, non esse negandum diuinam potentiam; neque propterea censendum naturam creatam requirere infinitam perfectionem, quia id non conuenit ei ex connaturali exigentia, sed solum ex omnipotentia facientis.

Ad confirmationem prioris argumenti Resp. neg. assumptum; nam ratio propter quam natura non replicata non possit subsistere simul propria subsistentia & aliena, non est quod per propriam adequatè terminetur, sed quod per se existat, ita ut nulli inexistat; qui modus existendi directè repugnat ei qui est inexistere alteri; quem modum consequitur, quando terminatur aliena subsistentia. Adde si natura non replicata habens propriam subsistentiam possit ab alio assumi, ipsamet subsistentiam assumens iam, ut infra ostendetur, quod aperte repugnat rationi subsistentiae, quae si sit personalis, est ultimus rei terminus reddens illam incommunicabilem ulteriori supposito.

Petes, an ad hoc ut tres personae assumant vnam numero naturam, plures uniones requirantur?

Asserit Suarez disput. 13. sect. 2. §. Deinde ad praesentem. Lorca disput. citata num. 12. existimat in sententia S. Thomae (quam etiam probabilem asserit) debere unicam constitui, quae respiciat tres personas, & essentialem ordinem dicat ad illas tanquam ad terminum, quia censet non posse terminare ut plures, sed ut habent rationem vnius termini adequati.

Resp. utroque modo fieri posse, videlicet & vnicam unionem concurrentibus singulis personis per modum termini partialis, ut censet Lorca, & tribus unionibus intercedentibus, quarum singulae respiciant singulas personas ut suum terminum adequatum, & per quem adequatè subsistat humanitas: nam ex dictis patet quod non repugnet naturam pluribus terminis adequatis terminari, diuinam quidem naturaliter; creatam verò saltem supernaturaliter.

Dices 1. vna numero natura non potest simul pendere à pluribus causis totalibus; igitur nec potest simul pendere à pluribus personis tanquam terminis.

Varij ad hoc argumentum, quod Scotus facit pro sua sententia, variè respondent, & dicunt dependentiam naturae à subsistentia non esse tanquam à causa efficiente, de qua intelligitur antecedens. Sed ibi sistendo non soluitur argumentum; neque enim Scotus argumentatur ab vniuersali negato ad particulare, sed à simili.

Resp. igitur 1. negando antecedens; quia non est de ratione causae totalis ut effectus non dependeat re ipsa ab alia causa; siue, causa totalis non negat consortium alterius causae, sed solum dicit quod effectus sufficienter ab ea procedat, ita ut per virtutem quam de facto praebet, seclusa omni alia causa, idem effectus, & eodem modo procederet, &c.

Resp. 2. negando consequ. quia si fortè vnus effectus non possit procedere à pluribus causis effectiuis totalibus, id inde provenit, quod idem esse quod reciperet ab vna causa, eodem modo reciperet ab alia, quod non sequitur si eadem natura terminetur à pluribus personis, cum singulae personae tribuant distinctum esse personale. Nam natura humana per sui unionem cum persona Patris non solum in

35.

Ad superiorem confirmationem. Natura cur possit subsistere duplici subsistentia aliena: non item vna aliena simul cum propria.

Dubium incidens.

Duae sententiae.

36.

Resp.

Plures personae possunt assumere vnam naturam, tum vna vniione, tum pluribus.

Obiectio 1. Contra resolutionem principalem.

Responsio quorundam improbat.

37.

Resp. Auctoris prima. Potest idem effectus simul procedere à duabus causis totalibus.

Resp. secunda.

38.	genere inexistit aliena persona, sed persona Patris, & sortitur esse personale Patris; similiter unita persona Filij sortitur esse personale Filij.	minis persona; unde non agit de nostra hypothese.	41.
Obiectio 2.	Dices 2. natura non potest assumi quin assumatur eius vnio; cum sit modus qui afficit naturam, assumpta autem natura omnes eius modi assumi debeant, saltem ex consequenti; ergo si natura assumpta ab una persona possit assumi ab alia, vnio cum priore persona assumetur, quod repugnat. Quia inde sequitur personam quae huiusmodi naturam terminat assumendam; quod repugnat, tum generali rationi personae, tum peculiariter perfectioni personae diuinæ, cui repugnat posse ab alio pendere.	Petes: an eo casu Pater, Filius & Spiritus Sanctus dicendi essent vnus homo, an verò plures homines?	Quaestio incidens.
Suar.	Suarez disput. 13. sect. 2. §. dices ex parte, responderet negando assumptionem, cum vnio sit modus à natura distinctus, qui non necessariò assumitur assumptæ naturæ. Verum licet natura replicata assumi possit secundum vnā replicationem absque modis quos habet in alia replicatione, quod tantum ostendit exemplum ab eo allatum; si tamen natura non replicata assumitur, non videtur cum fundamento posse negari omnes eius modos, imò accidentia realia assumi saltem mediatè.	Plures sunt hac de re sententiæ, quas videre licet apud Medinam hinc posteriori parte. Aliqui existimant nec posse dici vnum, nec plures. Alij censent dicendum esse tres homines. Caiet. circa hunc art. in fine sentit non posse dici absolutè vnum hominem, sed secundum quid vnum, cui adheret Med. supra.	Varij variè respondēt. Caiet. Medin.
Improb. responso Suaris.	Vnde concedo datā hypothese vnionem humanitatis cum Patre assumendam à Filio, & e contra, neque id repugnare; neque inde sequi personam assumendam: nam persona assumens non recipitur in vnione vel natura assumpta, sed solum illa terminat; neque vnio est eius modus illam modificans. Vnde nullo modo sequitur quod si vnio in aliquo recipitur, in eodem debeat recipi persona assumens.	Verius est dicendum vnum hominem, vt S. Th. responsione ad 1. & communius alij. Quia vt dicatur substantiæ vnus homo, sufficit vnitas formæ, scilicet naturæ humanæ, quæ ex supposito est eadem in tribus personis. Quemadmodum propter eandem deitatis formam tres personæ diuinæ dicuntur vnus Deus, & propter eandem rationem spirandi Pater & Filius dicuntur vnus spirator. Item tres personæ dicuntur vnus creator propter eandem virtutem creatiuam. Ratio est, quod nomen concretum substantiuum representet suum significatum per modum subsistentis, & vt quod, abstrahendo ab vna vel pluribus subsistentiis, similiter abstrahendo à propria vel aliena. Argumenta quæ in contrarium profert Med. sunt parui momenti.	Auctoris resolutio. S. Th. Vt dicatur vnus homo sufficit vnitas naturæ humanæ.
Responso Auctoris.	Dices: vnionem essentialiter ordinari ad talem personam.	Ex hoc sequitur quod si Pater successiue assumeret humanitatem, Filio eam dimitte, dicendum esset vnum & eundem esse hominem in vtraque persona.	Ratio.
Assumens naturam ab alio assumptam non assumit eius personalitatem.	Resp. solum inde sequi inesse vni personæ id quod essentialiter dicit ordinem ad aliam personam tanquam ad terminum, non verò inesse aliam personam.	ARTICVLVS VII. Vtrum vna persona diuina possit assumere duas naturas humanas?	42.
Replica.	Dices 3. si plures simul assumant eandem naturam, sequitur vnā personam posse prædicari de altera per communicationem idiomatum. Quod patet: hic homo est Pater, hic homo est Filius; ergo Filius est Pater.	AFFIRMAT. Eò quod virtus infinita diuina non sit exhausta vnitione vnus naturæ creatæ cum diuina persona. Similiter vis terminandi in diuina persona non exauritur eò quod illa liberè terminet vnā naturam; ergo potest etiam aliam terminare. Præterea nihil sequitur impossibile, eò quod persona habens aliquam naturam sibi unitam, assumat aliam; non enim repugnat duas naturas eidem inexistere, & ab eodem terminari.	Corollarium.
Soluitur.	Resp. negando conseq. quia communicatio idiomatum non est inter supposita, cum ea differant, sed inter communia naturarum sumpta in concreto propter identitatem suppositi cui insunt. Vnde de singulis personis bene dicitur, hic homo est Deus, est creator, &c. similiter hæc communicatio est inter propria vnus personæ cum hoc homine, quia hic homo subsistit subsistentia singulæ vnus personarum. Hinc dici poterit: hic homo est Pater, est generans; hic homo est Filius, est genitus, &c.	Peti verò potest, an eo casu dicendi sint tres homines, an vnus homo?	43.
39.	Dices 4. conclusio repugnat Anselmo lib. 2. c. 1. Deus homo, cap. 9.	Aliqui censent dicendos tres. Ita censuit S. Th. in 3. dist. 1. quest. 2. art. 5. ad 2. & 3. vbi plures alij idem sentiunt. Verum idem S. Doctor hic ad 2. censet dicendum vnum hominem, quod tenent multi alij.	Responso affirm.
Obiectio 3.	Resp. neg. assumptum, ita enim habet: Plures enim personæ nequeunt vnū eundemque hominem assumere in vnitate personæ. Quare in vna tantum persona hoc fieri necesse est. Quo loco S. Anselmus supponens vnā personam hominis resultasse per mysterium Incarnationis, seu vnica fuisse in Christo personam, ostendit plures personas non assumptisse humanam naturam in vnitate personæ, quia inde non potuisset resultare vnica ho-	Quæ sententia videtur verior. Quemadmodum enim iam Christus simpliciter dicitur vnus propter vnitatem suppositi, quamuis plures in eo naturæ inueniantur, ita in casu proposito non obstante pluralitate naturarum humanarum dicendum erit esse vnum hominem propter vnitatem suppositi. Ratio est modus quo concretum substantiuum representat intellectu suum significatum, quod videlicet illud representet vt subsistens, & non solum denotet significatum formale, sed etiam materiale, & proinde vt pluraliter prædicetur, requiratur vt significatum & formale & materiale multiplicetur; vt verò enuntietur singulariter	Quaestio circa articulum. S. Th. retractat. 44. Ex sententia Auctoris eo casu erit dicendus vnus homo. Ratio.
Responso.	Resp. negando conseq. quia communicatio idiomatum non est inter supposita, cum ea differant, sed inter communia naturarum sumpta in concreto propter identitatem suppositi cui insunt. Vnde de singulis personis bene dicitur, hic homo est Deus, est creator, &c. similiter hæc communicatio est inter propria vnus personæ cum hoc homine, quia hic homo subsistit subsistentia singulæ vnus personarum. Hinc dici poterit: hic homo est Pater, est generans; hic homo est Filius, est genitus, &c.		
40.	Dices 4. conclusio repugnat Anselmo lib. 2. c. 1. Deus homo, cap. 9.		
Obiectio Anselm.	Resp. neg. assumptum, ita enim habet: Plures enim personæ nequeunt vnū eundemque hominem assumere in vnitate personæ. Quare in vna tantum persona hoc fieri necesse est. Quo loco S. Anselmus supponens vnā personam hominis resultasse per mysterium Incarnationis, seu vnica fuisse in Christo personam, ostendit plures personas non assumptisse humanam naturam in vnitate personæ, quia inde non potuisset resultare vnica ho-		
Responso.	Resp. negando conseq. quia communicatio idiomatum non est inter supposita, cum ea differant, sed inter communia naturarum sumpta in concreto propter identitatem suppositi cui insunt. Vnde de singulis personis bene dicitur, hic homo est Deus, est creator, &c. similiter hæc communicatio est inter propria vnus personæ cum hoc homine, quia hic homo subsistit subsistentia singulæ vnus personarum. Hinc dici poterit: hic homo est Pater, est generans; hic homo est Filius, est genitus, &c.		
Explicatur Anselm.	Resp. negando conseq. quia communicatio idiomatum non est inter supposita, cum ea differant, sed inter communia naturarum sumpta in concreto propter identitatem suppositi cui insunt. Vnde de singulis personis bene dicitur, hic homo est Deus, est creator, &c. similiter hæc communicatio est inter propria vnus personæ cum hoc homine, quia hic homo subsistit subsistentia singulæ vnus personarum. Hinc dici poterit: hic homo est Pater, est generans; hic homo est Filius, est genitus, &c.		

D V B I V M I.

Utrum qualibet substantialis natura completa possit assumi à diuina personâ?

S THOMAS responsione ad 3. refert quosdam existinare Angelum non esse assumptibilem; qui, ut patet ex argumentis quibus nituntur, non intelliguntur solum de congruitate quasi sit minus congruum naturam Angelicam assumi, sed intelliguntur de omnimoda impossibilitate. Pro qua sententia refertur Albertus in 3. dist. 2. art. 2. sed passim reijcitur à Theologis; & merito. Cum Apostolus volens extollere charitatem Dei erga genus humanum dicat ad Heb. 2. *Nisquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit.* Quibus verbis indicat Deum potuisse naturam Angelicam sibi vnire, sicut vniuit humanam. Si enim eam nullo modo vnire potuerit, non potuit in eo charitas Dei erga homines commendari, quod neglecta natura Angelica illorum naturam assumeret.

Dices 1. suppositum & natura in Angelo non distinguuntur, cum ergo nequeat assumi suppositum, non potest etiam natura Angelica assumi.

Citantur aliqui, qui antecedente concessio negat conseq. verum omnino improbabiler: si enim nulla omnino sit distinctio inter naturam Angelicam & rationem suppositi, necesse est ut vno assumpto assumatur alterum.

Melius ergo negatur antecedens: quod confirmatur exemplo animæ rationalis, quæ licet sit spiritalis, distinguitur à sua subsistentia, cum vnita Verbo caruerit propria subsistentia.

Dices 2. si natura Angelica posset assumi; Angelus posset corrumpi, quod repugnat; cum Angelus sit incorruptibilis.

Resp. 1. ex S. Th. responsione ad 3. negando assumptum. Quia Deus potest creare naturam Angelicam, eamque sibi eodem temporis instanti copulare in vnitate personæ: quæ admodum factum est in assumptione naturæ humanæ.

Resp. 2. etiam si natura Angelica præexistisset in propria subsistentia, non ideo Angelum corrumpendum, cum non desineret esse per dissolutionem partium (quod ad corruptionem propriæ dici potest requiritur) cum careat partibus; neque etiam propriè dici posset destrui, sed solum dicendum esset naturam Angelicam mutare modum existendi: sicut accidentia; quæ ponuntur in Eucharistia sine subiecto, non dicuntur destrui, sed solum mutare modum existendi.

Supposito ergo quod natura Angelica possit assumi, & proinde omnis natura rationalis creata sit assumptibilis, Questio potissimum est de irrationali, quam aliqui censent non posse assumi, nisi dicat ordinem ad naturam rationalem. Quod posterius additur, quia negari non potest quin corpus assumi possit, cum re ipsa remanserit vnitum Verbo in triduo mortis. Ita sentit Henr. quodlibet 13 q. 5. Dion. Carthus. in 3. dist. 2. q. 2. art. 3. citantur & quidam alij de quibus tamen non ita constat.

Communior Theologorum sententia docet quamlibet naturam irrationalem etiam insensibilem esse assumptibilem. Teneat Scotus in 3. dist. 2. quest. 1. §. contra istud. Dur. eadem dist. q. 1. & communiter expositores S. Thomæ circa præsentem articulum, & alij tam antiqui quam recentiores;

E 3

quam

ARTICVLVS VIII.

Utrum fuerit magis conueniens quod persona Filij assumeret naturam humanam quam alia persona?

A FFIRMAT. Res est facilis. Plures congruentie videri possunt apud S. Th. hic Dam. lib. 4. de fide cap. 4. Anselmum lib. 2. cur Deus homo, & alios. Vna est quod mundus factus sit per Verbum tanquam per artem; vnde decuit per idem Verbum reparari. Altera est quod homo per peccatum appetierit Dei similitudinem, quem proinde decuit reparari per naturalem imaginem & sapientiam Patris, scilicet Filium.

QUESTIO IV.

De modo vnionis ex parte naturæ assumptæ.

ARTICVLVS I.

Utrum natura humana fuerit magis assumptibilis à Filio Dei quam alia natura?

C ONCLUSIO est affirmatiua. S. Th. solum vult fuisse magis congruum ut natura humana assumeretur quam alia. Quia natura humana potest Deum attingere per operationem, scilicet cognitionem & amorem; & proinde ex eo capite magis congruit eam assumi quam creaturas irracionales, quæ Deum nequeunt attingere cognitione & amore, neque possunt beneficium agnoscere.

2. Natura humana per peccatum corrupta indigebat reparatione; ex quo capite erat magis congruum eam assumi, quam naturam Angelicam. Nam Angeli boni non indigent reparatione; peccatum verò malorum est irreparabile, ut ostenditur 1. partes ergo omnibus spectatis fuit magis congruum naturam humanam à Filio Dei assumi.

Potro cur potius natura humana sit reparata per Incarnationem, & id fuerit conuenientius pluribus congruentiis à varijs ostenditur. 1. est qua vti- tur Aug. Enchir. cap. 29. quod tota natura humana lapsa sit per peccatum, minor autem pars Angelorum ceciderit. 2. quod Angeli sua sponte ceciderint, homo verò seductus fuerit ab alio. Adde quod singuli Angeli peccarint propria voluntate; homines autem voluntate Adam, in quo omnes peccauerunt. 3. quod voluntas hominis sit magis mutabilis quam voluntas Angelij. Vnde Angelus non est ita facilis ad penitendum.

3.

S. Tho. Quidam sentierunt Angelum nullo modo esse assumptibilem. Sed passim reijciuntur à Theologis & reijciuntur ex Hebr. 2.

4. Obiectio 1.

Responsio ali quorum impugnatur.

Resp. Auctoris.

In Angelo non idem est suppositum & natura

Obiectio 2. Resp. 1. S. Tho.

5.

Resp. 2. Non corrumpatur Angelus per assumptionem.

Questio procedit maxime de natura irrationali.

Quidam negant irrationalem esse assumptibilem.

Henr. Carthus.

6.

Communior affirmatiua, quæ & maior sequitur.

Durand.